

100.

Bischof Dietrich von Meissen bezeugt, daß der markgräfliche Dienstmann Conrad Spansel auf einem seiner Lehen mit des Markgrafen und des Burggrafen Tammo von Strehla Konsens ein Hospital erbaut und dasselbe einigen Reglerherren zur Besorgung übergeben habe, daß demselben die Kirche in Dörschnitz mit genannten Hufen dahin gegeben worden, daß Bischof Martin die Parrochie Leuben durch das Dorf Charschütz entschädigt, Markgraf Dietrich die Kirche in Frankenstein mit 4 Hufen zum Dienste der Armen bestimmt und daß er selbst alles dieses, sowie den Zehnten von einem Herrenhofe des genannten Ministerialen bestätigt habe.

Dörschnitz, 1206 Okt. 1.

Hilshr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 153. Das am Rande beschädigte S. des Bischofs, an Pergamentstreifen, = Taf. I. 7. (Cod. dipl. Sax. reg. II. 1.)

Gedr.: Unvollständig und voller Fehler gedruckt von Schultes, Dir. dipl. 2,443.

Ann.: Altzeller Haul. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. S. 20 und 32.

¶ In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis episcopus. | Notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod quidam ministerialis 15 marchionis C. in quodam feodo suo, quod | ad marchiam quidem spectat, sed a prefecto Tamnone de Strele tenet in beneficio, utriusque consensu xenodochium pauperum, quod | hospitale dicitur, initiavit et quibusdam canonicis regularibus procurandum contradidit. Sane notandum, quod ecclesia in Dirsenz huic hospitali deputata sit tribus quidem mansis dotata, sed nuper aliis iiii aucta et olim sub episcopo Martino de parrochia^a) Lubene per 20 aliam villam nomine Cōnradiz emancipata, cui non iure terminorum, sed benivolentia marchionis Theoderici ecclesia in Frankenstein accessit pro ministerio pauperum iiii dotis habens mansos preter modios et missales nummos et quicquid in posterum dono vel empto utrique ecclesie poterit provenire. Sciendum quoque, quod dictus marchio privilegiatus est de regno, ut possit de suo aliorumque feodo, quod marchio pertinet, communi consensu 25 ecclesias dei vel de novo dotare vel iam dotatas meliorare. Quapropter et nos cum in prefata ecclesia Dirsenz quedam altaria consecrassemus, omnem dotem eius cum quadam decima cuiusdam dominicalis predicti ministerialis auctoritate beati Petri, cuius est ipsa ecclesia, et nostra sub interminatione anathematis confirmavimus. Verum ut ea, que sollempniter et secundum deum gesta sunt, perpetuo inconvulsa permaneant, presentem 30 paginam impressione nostri sygilli et legitimorum virorum testimonio communivimus, quorum ista sunt nomina: Willehelmus prepositus de Scillen. Gotzwinus de sancta Afra. Eluericus canonicus Misnensis. Meizo et Albertus canonici Worcinenses. Theodericus custos de Misna. Heinricus sacerdos de Lomaz. Heinricus capellarius episcopi. Euerhardus de Beschowe. Thitmarus de Gruzviz. Albertus de Strigenewiz. 35 Robertus de Gane. Lampertus de Pulzan. Tammo de Pruz. Hildebrandus de Nieracis. Ramuoldus de Lutsan. Rudegerus Quaz. Acta sunt hec in Dirsenz anno dominice incarnationis m. cē. vi., indictione viii, kal. octobris.

(SFR.)